



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia

Erasmus, Desiderius

Erphordie, 1520

VD16 B 4591

Ca. XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34488

SECUNDVM.

turbeſſe cor vſtrū neq; formidet. Audiftis qđ ego dixi vobis, vado,
& venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtiq; qđ dixerim,
vado ad patrem, quia pater maior me eſt. Et nūc dixi vobis priuſq;
fiat, vt cū factū fuerit, credatis. Poſthac nō multa loquar vobiſcū.
Venit em̄ princeps mundi huic, & in me nō habet quicq;. Sed
vt cognoſcat mundus, qđ diligo patrem, & ſicut mandatum dedit
mihi pater, ſic facio. Surgite eamus hinc. ¶ CA. XV.

Ego ſum vitis vera, & pater meoſ agricola eſt. Omnē pal-
mitē in me nō ferentem fructū tollit, & omnē qui fert
fructū purgat, vt fructum copioſiorē afferat. Iam vos
mundi eſtis propter ſermonē, quē locutus ſum vobis. Manete in me
& ego in vobis. Sicut palme nō pōt ferre fructū a ſemetipſo niſi
ſi māſerit in vite, ſic nec vos, niſi in me māſeritis. Ego ſū vitis, vos
palmites. Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructū multū: quia ſi
ne me nihil poteſtis facere. Si quis in me nō māſerit, eiectus eſt foras
ſicut palme & exaruit: & colligunt eos, & in ignē cōſiciunt & ardēt.
Si māſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint quicquid vo-
lueritis, petetis, & fiet vobis. In hoc glorificatus eſt pater meoſ, vt fru-
ctū copioſum afferatis, & efficiamini mei diſcipuli. Sicut dilexit
me pater, ita & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præ-
cepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego
patris mei præcepta ſeruauī, & maneo in eius dilectione. Hæc
locutus ſum vobis, vt gaudium meum in vobis maneat, & gau-
diū veſtrū impleatur. Hoc eſt præceptū meum, vt diligatis vos
inuiſcem ſicut dilexi vos. Maiorem hæc dilectionem nemo ha-

bet, vt quis animā suā ponat p̄ amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quæcunq; ego præcipio vobis. Non posthac vos dico seruos, q̄a seruus nescit qd faciat dñs eius. Vos aut̄ dico amicos, quia oīa quæ audiui a patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: & cōstitui vos, vt eatis & fructū afferatis, & fructus vester maneat, vt qcqd petieritis patrē sub noīe meo, det vobis. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicē. Si mundus vos odit, scitis quod me pri⁹ q̄ vos odio habuerit. Si de mundo fuissetis, mūdus qđ suū est, diligeret. Quia vero de mundo non estis, sed ego selegi vos de mūdo, propterea odit vos mūdus. Memenote sermonis mei, quem ego dixi vobis: Nō est seruo maior dño suo. Si me persecuti sunt, & vos presequent̄. Si sermonē meum seruauerūt, & vestrū seruabūt. Sed hæc oīa faciēt vobis p̄pter nomē meū, q̄a nō nouerūt eū q̄ misit me. Si nō venissem & locutus fuissem eis, peccatū nō haberēt. Nūc aut̄ nō habent qđ pretextāt pctō suo. Qui me odit, is & patrē meū odit. Si opera nō fecissem inter eos quæ nemo alius fecit, peccatū non haberēt. Nunc aut̄ & viderūt & oderūt, nō solū me, verū etiā patrē meū. Sed hoc accidit vt cōpleat̄ sermo, qui in lege eorū scriptus est: Odio habuerūt me gratis. Cū aut̄ venerit paraclēt⁹, quē ego mittā vobis a patre, spiritus veritatis, qui a patre procedit, ille testimoniū perhibebit de me. Et vos testes estis, quia ab initio mecum estis.

¶ CAPVT. XVI.

h Acc locut⁹ sum vobis, vt ne quid offendamini. Alienos a synagogis faciēt vos. Sed veniet t̄pus, vt quisq;
 ⁊ in